

7. Supreme Tribunal of the Apostolic Signatura, Decree of the Secretary, September 23, 2014, Prot. N. 48877/14 CA—Reduction of a church to profane use—Deposit for procedural expenses not made

Prot. N. 48877/14 CA

Reductionis ecclesiae in usum profanum

(Rev. N.—Congregatio pro Clericis)

DECRETUM

In causa, de qua supra, Rev.dus N. die 10 februarii 2014 adversus decretum Congregationis pro Clericis diei 21 decembris 2013 (prot. n. 20134049) ad hoc Supremum Tribunal provocavit.

Actis a Congregatione receptis et examine praeliminari peracto, H.S.T. litteris diei 4 iunii 2014 terminum peremptorium quindecim dierum statuit ad cautionem deponendam.

Litteris die 24 iunii 2014 datis, Rev.dus Recurrens declaravit se recursum prosequi nolle.

Quibus praehabitis,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Re sedulo examini subiecta;

Attento quod cautio pro expensis processualibus intra terminum peremptorium statutum, immo hucusque, deposita non est;

Perpenso, ceterum, quod litterae Rev.di N. diei 24 iunii 2014 sive cum Congregatione pro Clericis sive cum Exc.mo Episcopo dioecetano communicatae sunt, qui nihil de defectu prosecutionis recursus animadverterunt;

Audito Rev.do Promotore Iustitiae Substituto;

Vi art. 78 *Legis propriae* H.S.T.,

decrevit:

recursum desertum declarandum esse et facto declarari.

Et notificetur omnibus quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e Sede huius Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 23 septembris 2014.

+ FRANCISCUS DANEELS, o.praem.
 Archiepiscopus tit. Bitensis
 Secretarius

Iosephus Ferdinandus MEJÍA YÁÑEZ, M.G.
 Moderator Cancellariae